XXXIV. *Monticelli. S. Angelo in Capoccia. Stazzano. Castel Chiodato.*

Continentur hoc capite inscriptiones repertae inter Tibur et Nomentum Sabinos versus in collibus ubi hodie sunt oppidula Monticelli S. Angelo in Capoccia Castel Chiodato, item in vico Stazzano prope Palombaram (inscriptiones ipsi oppido Palombara adtributas vide in falsis). Monticelli propter vicinitatem crediderim comprehensum fuisse territorio Tiburtinorum; de inscriptione n. 3921 cf. ad ipsam. Ibi ubi est Stazzano fuisse pagum aliquem cum praefectis non satis certa ratione ex n. 3929 collegeris.

3919 Monticelli rep. anno 1843 MELCH.

D M
M · MVNI · LOLLIANI
EQVO · PVBLICO · ORNATI
QVI · VIXIT · ANNIS · XIII ·
5 MENSIB · III · DIEB · XXVI
M · MVNIVS · HIEROCLES
PATER · DVLCISSIMO
FILIO

Melchiorri ms. (ad exemplum suum voluminis Kellermanniani de vigilibus).

3920 rep. a. 1844 *nel territorio di Monticelli al colle Cerino, quarto del Cupo, in un fondo del sig. Arcangelo Maria Santavelli,* deinde Tibure apud Violam.

IVLIAE · NEBRIDI
FELIX · TI · CLAVDII
CAESARIS · AVGVSTI
DIŚPENS · FABIANVS
CONTVBERN · OPTVME
ERGA · SE · MERITAE
POSTERISQVE · EIVS · FECIT

St. Viola *giornale arcad.* 118 (1850) p. 295.

3921 prodiisse dicitur anno 1853 in oppido Monticelli, *estratto dal muro della chiesa parrochiale di S. Antonino.* Nunc Romae apud I. B. Rossium.

VS · ORDO · DEC ·
MOENIENSIVM · S
M · SVA · PEC · POS
EM · STATVAE · MI
LLI

Descripsit de Rossi, ipse vidi ectypum.

Moenienses nullos novimus praeter Castrimoenienses agri Albani, unde dedi hanc supra n. 2473 suspicatus translatam eam esse in oppidum Monticelli ex agro Albano. Ceterum etiam si certo constaret hanc inscriptionem antiquitus stetisse ibi ubi hodie est Monticelli, nequaquam inde deducerem, fuisse ibi rempublicam aliquam ... moeniensium praeterea ignotam.

3922 rep. anno circiter 1855 *nel territorio di Monticelli, sul colle sopra Casal Battista.*

PORC
PO
*q*VI VIXI*t*
PORCIVS
5 *fla*VIA · ARE
*ma*XIMILLA
DVLCISS
*e*T SVIS LIB

Hieronymus Amati communicavit cum Rossio (a. 1885) excerptam ex epistula accepta a Cerasoli quodam.

Fractam fuisse non traditur.

3923 rep. 1843 in agro civitatis Monticelli (*contrada Colliagrasso, quarto delle mole*), inde translata in fundum quendam vicinum Vincentii Sinibaldi.

D · M ·
T · SEMPRONIO
VALERIANO
VIX · ANN · I
5 MENS · XI
DIEB · XXIII
PARENTES

St. Viola *giornale arc.* 119 (1859) p. 307 descriptam a Rusconio.

3924 arca parva. Rep. *nel territorio di Monticelli* VIOLA; rep. *presso la via Palombarea a 18 chiliometri circa da Roma in un terreno chiamato colle Cervino* ARM.

DIS MANIBVS
TVRRANIAE
PHILIPPAE · Q
TVRRANIVS
5 CALLISTVS
CONIVGI · PIISSIMAE

St. Viola misit Henzeno epistula data d. 18 Mart. 1849; Armellini *cronichetta mensuale* 1880 p. 95.

3 Q om., 5 CALISTVS Viol. — I longas dedi ex Viola.

3925 rep. a. 1844 in agro civitatis Monticelli in loco cui nomen *colle Cerrino, quarto del Cupo,* a domino dono datum Violae.

VETVRIA · D · ET · Ɔ · L ·
SYNESIS · MONVMENTVM
FECIT · SIBI · ET · COLLIBERTO
SVO · D · VETVRIO MAHENI
5 ET · D · VETVRIO D*i*OPHANI

St. Viola *giornale arc.* 119 (1850) p. 278.

3926/7 litteris ralis. Rep. a. 1845 in pago S. Angelo in Capoccia, 8 m. p. a Tibure; deinde Tibure apud St. Violam.

VALERI
METTI
MARTIALIS
VIX · ANN · VI
5 MINS · VI
DIEB · XVIII
METTIA · VALE
RIA · FIL · FEC

St. Viola *giornale arcad.* 119 (1850) p. 273.

3928 *in Rotavella presso Palombara* RICCY [qui locus distat a Palombara duobus millibus pass. septentriones versus, cf. Nibby *analisi* 2 p. 354].

DIANAI · ROTANAI
C · CLAVDIVS
C · F · SER · N · LEM

Riccy *pago Lemonio* (1802) app. p. 40 (inde Henzen syll. n. 5710) descriptam ut dicit a canonico Lopez della Barrera et a Ballerini, communicatam autem cum Marinio anno 1768.

Admodum suspecta; Riccyum a fingendis inscriptionibus non plane abstinuisse supra p. 217 adnotavi; huic tamen sinceri aliquid subesse puto.

3929 Stazzani (prope Palombaram) (inde: Palombarae AMAT., errore) *casa Attilj oggi Ferretti* MART., *nel cortile de' Ferretti* MAROCC. Quaesivi eo loco, nec tamen inveni; aut ablatam puto aut pessumdatam.

L · F VEL · FI
BIS · PRAEF
ALBIAE · L · L · SA

Amati ms. Vat. 9739 f. 15 a Ferrettio (i. e. domino lapidis); Martelli *antichità de' Sicoli* II (1835) p. 175 n. 64; Marocco *mon.* 2 p. 120.

1 L·FVEL·FI· Amat., L·FVEL·F·L· Marocco, L·FVELVIVS Martelli. — 3 ALBIAE·L·L·S·A Amati et Martelli, ALBIAELISA Marocco.

Fractam esse non traditur; videtur autem in v. 1 fuisse ad hunc modum [*L. Titius*] *L. f. Vel. Fe*[*lix*], v. 2 enuntiatus fuisse honor quo ille bis functus erat.

3930/1 Castelchiodato *nella chiesa parochiale nella tazza dell' acqua santa* SPER. Frustra quaesivi.

P · FLAVIVS VRBANVS

Sperandio *Sabina* p. 417.